

niversum de incredulitate hominum judicium est futurum.

75. Iudicij huius locum designant Iudei vallem Iosaphat, quæ inter montem Oliveti & Ierosolymam est sita, falsa decepti interpretatione loci Propheetici, qui habet ut Ioh. 3, 2. & 12. ubi vocabulum Ichoschaphat non propriè, sed appellativè est accipiendum: idemq; denotat, quod Ichovah iudicat, vel Ichovah Iudex; & Valle nomine Mundus hic notatur, in quem quasi in vallem aliquam defensurus Dominus, judicaturus omnes gentes ter-
tæ.

76. Forma hujus Iudicij, in sententia definitiva promulgatione consistet, quæ instituetur, vel respectu credentiam & Electorum ex Evangelio, quibus gratis per fidem in Christum dabitur merces sive præmium: Ioh. 3, 18. Rom. 2, 16. Vel respectu reproborum & infidelium ex Lege, secundum illud: Qui non crediderit, condemnabitur.
Marc. 16, 16. Ioh. 3, 18.

77. Exitus Iudicij est futurus est, ut pijs & electis possessuri sint regnum DEI patris, ipsis jam inde à mundi constitutione paratum: Impij vero sint ituri in ignem aeternum, qui ipsos ac Diablos immensis ac ineffabilibus cruciatibus, in omnem aeternitatem est afficturis.

Mat. 25, 34. & 41.